



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

14. An Episcopus poßit facultatem dispensandi sibi tributam à concilio aliis
delegare? Et an poßit Episcopus etiam alium delegare ad dispensandum,
etiam extra Diœcesim? Et an Episcopus solum per se ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

304 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

ter pro absolu-
tione & dispense-
re iuris. qui ex aequo duplex domicilium in dupli-
ci Diœcesis habent, quia aequum in utraque habitant, vt
in vita in hyeme, in aëre in aestate: ij enim à quo-
libet illorum Episcoporum absolute possunt: etiam
medium tempore, quo in altera Diœcesi habitant, & tenet
versus Quod n.
& in fine s.
Ex habita-
tione, versu-
habitatione.
Et hic supra
in Ref. pra-
teritis s. Sed
post mediū
à vers. Illa
diss. 41. sct. 2. n. 10. & 12. & Sanchez d. cap. 11. n. 9.
vero.

num 4. vbi etiam explicat, qui dicantur vagabundi.
Secundus, qui ex aequo duplex domicilium in dupli-
ci Diœcesis habent, quia aequum in utraque habitant, vt
in vita in hyeme, in aëre in aestate: ij enim à quo-
libet illorum Episcoporum absolute possunt: etiam
medium tempore, quo in altera Diœcesi habitant, & tenet
ipse Sanchez sup. diss. 24. n. 5. & lib. 2. oper. mor. c. 1.
n. 8. Tertius, peregrini, vt sunt scholasticæ, & merca-
tores propriam diœcensem habentes, ij enim possunt
absoluti ab Episcopo eius diœcensi, in qua inueniun-
tur, et si breui in suam reddituri sint, nec exigunt, vt in ea
diœcensi maiori parte anni fini morantur, ut be-
ne probat Suarez dict. diss. 36. sct. 2. n. 3. & tom. 5.
diss. 41. sct. 2. n. 10. & 12. & Sanchez d. cap. 11. n. 9.
Nam eti quoad dispensationes hæc, seu alibi Episco-
pis concessas exigunt habitatio, aut falso apimus
habitadū pro maiori parte anni in ea diœcensi, vt pro-
bat ipse Sanchez eod. lib. 3. diss. 23. & tenet Barbosa
super alleg. 39. num. 6. & 7. non tamen id exigunt ad
absolutionem hæresis, & cuiuscumque casus refusa-
ti ibi concessam: quia ex generali Ecclesiæ consue-
tudine: seu interpretatione proprietorum Prælatorum
voluntate, quicunque extranei sunt, vt incole, &
subditii Episcopi in cuius diœcensi repertur, quod
attinet ad sacramenta Confessionis, & Eucharistie
recipienda, & consequenter ad absolutionem excom-
municationis, quæ ad hæc sacramenta præexistit:
de quo vide Suarez d. diss. 41. sct. 2. n. 10. & 12. Et
hæc omnia docet etiam Machadus de perf. Confess.
tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 12. docum. 3. num. 2.

2. Et omnia supradicta aliqui admittunt non so-
lum quoad absolutionem cafunum, sed etiam quoad
dispensationem irregularitatum, votorum, &c. Sed
aliqui hoc non admittunt, & id est asservant in hoc opus
esse distinctionem, quam sapientissime adhibuit sacra-
Interpretatio Concilij Congregatio, his verbis: Qui
non est subditus Episcopo, puta Medicus, Prætor,
ac ceteri similes; qui tamen habitant in Civitate,
hoc Decreto comprehenduntur, etiam si commis-
serint criminia in aliis Civitatibus: habita tamen hac
distinctione quod scilicet, poterit absolutus in sacra-
mento Pœnitentiae, a suis criminibus; non tamen
dispensari. Et ita sanctissimus Dominus noster, audi-
ta relatione Cardinalium, declarauit. Ratio, qm forensis
possit absolviri a papalibus occulis ab Episcopo
loci, in quo moratur, ea est quia illa subiectio suffi-
cit ad obtinendam horum criminum absolutionem
in foro conscientiae, qm subiectio ad sacramentum
Pœnitentiae confundendum desideratur: sed quilibet
forensis confiteri potest peccata sua in diœcensi, in qua
ad tempus moratur; ergo. Ratio, ut neque dispensa-
ri in irregularitatibus, illa est: quia, qui non po-
test in principali, neque in accessorio, cap. Accesso-
rium, de reg. inv. sed Episcopus nequit forensibus
conferre Ordines: ergo neque dispensare in irregulari-
tatibus, quæ sunt accessoria ad Ordines. Et ideo
hanc partem amplectitur Speculator; sub tit. de dis-
pensi. §. consequenter, num. 5. vbi docet, legatum
sup. hoc legato cū co-
dem Specu-
latori hic el-
lato, ad lice-
ram in §. 2. pus degentibus, sed cum perpetuo mansuris. Eadem
traditione assentitur Suarez diss. 41. de Censura, sct.
2. sub num. 12. loquens de irregularitatibus, & de re-
ligione tomo 2. tract. de voto. lib. 6. cap. 11. num. 11.
docet, non habere Episcopum facultatem dispensan-
di in votis quæ habent scholares, mercatores, & alij
non, habentes sub eiusdem Diœcensi firmum domi-
ciliū; à quo non discordat quod dispensatione vo-
torum idem Sanchez lib. 1. Operis moralis, cap. 11.
num. 9. ad finem, & relata sacra Congregationis de-
clarationis Gatzias de Benef. part. II. c. 10. num. 139.

Riccus in praxi, decis. 18. Bonacina de Censura,
diss. 7. punto 1. n. 4. Barbosa de officio Episcopi, al-
leg. 39. n. 6. qui quatuor Autores constanter denegant Episcopis facultatem dispensandi cum foren-
bus, seu non habentibus firmum domicilium in irregu-
laritatibus, & suspensionibus Papalibus.

RESOL. XIV.

*An Episcopus possit facultatem dispensandi sibi tri-
butam a Concilio, alios delegare?*

*Et an possit Episcopus etiam alium delegare ad dis-
pensandum, etiam extra Diœcensem?*

*Et an Episcopus solum per se ipsum possit dispensare
super irregularitatem occulta orta ex hæresi, sicut
per se ipsum solum potest ab eadem hæresi absolu-
re iuxta Tridentinum: Ex part. 7. tr. 2. Ref. 12.*

§. 1. **N**eat Alterius de Cens. tom. 2. diss. 8. c. 13. Quamvis
concl. 4. Gutierrez canon. lib. 1. c. 13. n. 29. plene sp.
Anton. Ricc. de iure person. extra gremium Eccles.
exist. lib. 4. c. 16. n. 3. Hieron. Pharaon. in suo prompt.
tract. 1. sct. 18. cas. 33. in fine,) ex eo probant, quia
Concil. in eodem ex agit de dispensatione, deinde de
absolutione, & facultatem dispensandi simpliciter
concedit Episcopis sine villa extensione: potestatem
autem absoluendi extendit etiam ad Vicarium spe-
cialiter deputatum; ergo clarissime appetit mentem
Concilij fuisse priorem iurisdictionem communicare
tanquam Episcopis, quia extensio, quæ in secundo
calu ponitur, & tacetur in primo, aperte ab illo
excluditur: constituto enim in una parte declaratur
ab alia, vel suppletur, aut limitatur, & restringitur,
l. unica in princ. C. de inoff. dot. Cum igitur Con-
cilium nihil dicat de Vicario in prima parte, non de-
bemus intelligere illam facultatem commissam esse
Vicario, si enim illam volueret concedere Vicario,
vitque id expressissim, sicut fecit in secunda parte, in
qua agit de absolutione, argum. texum in loc. S. fin
autem ad defensionis, C. de caduc. tollend. Ratio autem
diversitatis propter quam Concilium voluerit potius
extenderet ad Vicarium facultatem absoluendi in casu
referuntur, quam potestatem dispensandi ab ir-
regularitate & suspensione, eam assignant, quia abso-
lucio est magis necessaria ad salutem animarum, quam
dispensatione: ita Mar. Alter. d. c. 13. concl. 4. ver. 7. Terio
notandum, vbi ex aliis hunc sequitur intellectum.

2. Sed his non obstantibus puto affirmatum
sententiam eis sequendam, quam tuetur Sanchez in
funma, tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 25. Suarez de cens. diss. 41.
sct. 2. n. 8. Fillius tom. 1. tract. 20. cap. 10. n. 270.
Duardus in Bulla Cœna lib. 3. §. 2. q. 11. n. 34. Ga-
uantus in Manuali Episcop. ver. Absolutio, num. 10.
& alij. Probarunt hæc opinio, quia in dicto Decreto
Concilij, dispensatio conceditur absolute, non appo-
sus illis verbis, vel per Vicarium, &c. quae con-
fessioni facultatem absoluendi apponuntur, queaque non
continet extensio, seu ampliationem eiusdem
facultatis, sed limitationem, & restrictionem; vt
diximus etiam de illis verbis, in foro conscientiae, &
in Diœcensi sua: & probatur, quia si nihil adderetur,
posset Episcopus omnes causas sibi in dicto Decreto
concessos, quod absolutionem delegare, sive gene-
raliter, sive specialiter, quia illa facultas absoluendi vi
illius decreti annexa est dignitati & officio, & con-
sequenter ordinaria, ac delegabilis; illa vero limitatio
per Vicarium ad id specialiter deputatum opera-
tur ut Episcopus non possit dictam facultatem exer-
cere simpliciter per quemcumque Vicarium, etiam
si ei generaliter facta esset delegatio, sed tanquam
per Vicarium specialiter pro illis casibus deputatum.

Secundum

Quoad Absol.& dispensf.&c.Rēsol.XV. 305

Secundū probatur; quia non appetit sufficiens ratio, seu causa, ob quam Concilium voluerit adeō limitare hanc facultatem dispensandi super irregularitibus, & suspensionibus; vt per se solum deberet illum exercere; cum sepe expediat, hanc quoque facultatem, siue illam absoluendā a casibus occultis concedere dicit Confessario, qui possit dispensatio nis causam melius in conscientia examinare; sepe etiam contingere potest, vt iij. praeferim Sacerdotes, qui indigent huiusmodi dispensatione propter varia impedimenta non possint accedere ad Episcopum, ac postinde consentaneum fuit, vt Episcopi haberent potestem delegandi dictam facultatem dispensandi. Confirmatur, quia ita probat vobis, & praxis, seu confutatio, quae est optima legum interpres.

3. Et tandem non desinam hic apponere Villalobos in summa tom.1. tract. 21. diffic. 9.n. 13. docere Episcopum posse etiam subdelegare alium ad dispensandum etiam extra. Diccesim. Hinc explodendum venit Riccius tract. de iure personarum, lib.5. cap. 16. n.1, quod velit Episcopum solūm per se ipsum, posse dispensare irregulariter occulta orta ex haeresi, scilicet per seipsum solū potest ab eadem haeresi absolvire iuxta Tridentinum; hoc tamen non est verum, quia illa verba, p. seipsum, apposita secundā partī dicti Decreti Tridentini, vbi agitur de absolutione, non referuntur in priori, vbi agitur de dispensatione.

RESOL XV.

Antea posse Episcopum facultatem absoluendi ex dicto Decreto aliis subdelegare?

Et quid de absolutione ab haeresi, & ab aliis excommunicationibus Papalibus, & casibus referuatis? Et si Episcopus posset committere Confessario Monasterij, ut Monialem absoluat ab haeresi externa sum? Ex part.7.tr.2. Ref.13.

5.1. Quidam potest esse de absolutione ab haeresi, vel de absolutionibus ab aliis excommunicationibus Papalibus. Quod ad priamam difficultatem, negatiū respondet Gutierrez & Suarez vbi tract. & cap. Riccius de iure personarum, lib. 5. cap. 16. n.1. Pharonius in Prompt. tract. 1. sess. 12. cap. 3. Lectione de la in summa tom.2. cap. 6. pos. 20. concl. diffic. 6. n.1. Catus Palus tomo 1. tract. 4. diff. 1. punto 3. §. 1. num. 20. Lora m. 2. 2. diff. 45. n. 1. Suarez de fide diff. 21. fol. 4.n.8. Et ratio, quia exp̄s̄e Tridentinam concedit hanc facultatem absoluendi ab haeresi soli Episcopo, & non eius Vicario, statuens hanc distinctionem inter ceteros casus Papae referuatos, & haeresim, vt ab illis possit absoluere Episcopos per se, vel per suum Vicarium, ad id specialiter deputandum, ab hac autem solū per se, & non per Vicarium; ibi, et tantum, non eorum Vicariis sit permisum. Si autem posset Episcopus illam alteri committere, nullam effectu differentiationem inter absolutionem ab Haeresi, & ab aliis casibus Papalibus occultis.

2. Sed affirmatiū sententiā adh̄rēat Sanctarello, tractat. de Haeresi, cap. 5. dub. 4. num. 18. Fagundez de Praefect. Eccles. Pr. 2. libr. 8.c. 8.n. 3. Sanchez in summa tom.1. lib. 11. cap. 11. num. 22. cui adiudicatur in Bull. Cœna, lib. 3. §. 2. queſt. 11. num. 34. Fernandez in Examen Theolog. mor. part. 4. cap. 9. n.1. Vega in summa part. 1. cap. 12. cas. 12. & alij.

3. Dico igitur quid Episcopus non potest dare facultatem generaliter aliqui, vt ab haeresi absoluat, si occurrit, vt quis incidat in haeresim, potest tunc Episcopus deputare certum confessarium, vt ab

Tom. III.

eo peccato illi personam absoluat& ita est differentia inter haeresim, & alios casus referuatos, nam in aliis casibus occultis potest Episcopus dare facultatem alicui deputato, vt absoluat, at in peccato haeresis non potest dare hanc facultatem generalem, vt quotiescumque homines aliqui inclidunt in haeresim, possit Confessarius illos absoluere, sed quando occurrit casus particularis, potest Episcopus deputare in particulari aliquem, vt ab illo peccato haeresi absoluat. Quare cum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. de reformatione, dicit, quod in criminis haeresis solūm Episcopi possunt absoluere, & non eorum Vicarij, sensus est, Episcopum non posse deputare Vicarium, vt generaliter ab omnibus peccatis haeresis absoluat, non tamen negare, quin possit deputare Vicarium ad specialem casum haeresis.

4. Nec valet dicere quod in cap. ultim. §. fin. de officio delegati dicitur non posse eum, cui est commissum excommunicare, vel absoluere, vel dispensare, concedere alii hanc potestatem; ergo cum Episcopo sit concessum, vt possit absoluere a peccato haeresi, non poterit alii id committere. Respondeo, illum textum esse intelligendum, quando alicui conceditur nudum ministerium faciendi aliquid, non autem quando alicui dignitati, vel officio aliquid conceditur in perpetuum, nam in hoc casu censetur esse concessa potestas ordinaria, & non nudum ministerium, vt notant Nauarr. consil. 15. de sententia excommunicationis. Angelus excommunicatione 1. casis primo, num. 39. Sylu. Absolutio 4. question. 2. num. 6. Bart. in l. ambitioff. ff. de decre. ab Ordinatio, num. 34. Courart, lib. 3. var. cap. 20. num. 6. initio, & num. 9. & 10. Compendium Mendicantium verbo, Absolutio ordinaria quod fratres dub. 2. Imola in cap. finali de Officio Ordin. in fine. Felin. in cap. licet de Officio Ordin. num. 4. At Episcopali dignitatibus in perpetuum est concessa facultas, vt possit absoluere ab haeresi, & ab aliis casibus referuatis, & dispensare cum suis subditis.

5. Obiectis secundis, à Concilio Tridentino, dura conceditur hæc facultas, eligitur industria persona in Episcopali dignitate constituta, ac quando eligitur industria persona, facultas non potest delegari nec in generali, nec in speciali: Ergo Episcopi non possunt concedere alicui persona, vt possit a peccato haeresi absoluere. Respondeo, maiorem esse falsam, nam quando alicuius conceditur superioribus praesentibus & futuris non censetur tunc esse electa industria persona, cum personis incognitis concordata hæc facultas, vt assertit Iason. in l. more, ff. de iuris. omn. iud. num. 65. at in dicto decreto facultas absoluendi & dispensandi conceditur omnibus Episcopis praesentibus & futuris. Unde vitram sententiam probabilem esse puto, de qua etiam vide Machadum de Perfecto Confess. tom. 2. lib. 4. tractat. 12. document. 2. num. 3. & Trullench in Decalogum. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 20. vbi recte docet posse Episcopum committere Confessario Monasterij, ut Monialem absoluat ab Haeresi externa sum: nam eti teneamus facultatem Episcopis concessam in Trid. sess. 24. cap. 6. de reformat. esse reuocatam per Bullam Cœna, de quo infra num. seq. poterit tamen id facere ea facultate, qua potest impeditos adire Pontificem absoluere a censuris, in dicta Bulla referuatis, ex cap. mulieres, & cap. ea noscitur de sent. excomm.

6. Sed quid dicendum de aliis excommunicationibus Papalibus; potest ne Episcopus facultatem absoluendi aliis generaliter committere; Et negatiū respondet Henriquez lib. 6. cap. 14. numer. 7. & in Glossa litera O, & alij: afflent enim posse tantum Episcopum committere alteri abso-

C. 3 lutionem

Sup. hoc,
quod hic
docetur in
Ref. seq. &
lege etiam
doctrinam
aliarum eius
not.